



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Controversiarvm Omnivm Hvivs Ævi
Lvthero-Calvinisticarvm Libri Tres**

Coppenstein, Johann Andreas

Mogvntiæ, 1627

XIX. An de Diuinis sint tolerabiles vocum Terminii?

urn:nbn:de:hbz:466:1-35233

cap. 4. §. 2. Vnde homines efficaciam erroris ducunt: Inst. i. c. 13. §. 2. Et præcipuus Autor. Ibid. c. 17. §. 8. Armat diabolum in nos. Ibid. c. 18. §. 2. Demontantum minister est Dei. Ibid. §. 5. & instrumentum: Ibid. §. 2. Eius impulsu suas partes agit: Idem lib. de æt. Prædest. pag. 1001. Eius mandato imposturis suis reprobos illaqueat.

A V T O R. Satin' hæc sapiunt aut proposito testando sufficiunt?

V. D E VS AN OTIOSVS SIT, IGN
UUS, AUT EPICUREUS?

CALVINVS in Actor. 22. *Qui sentiunt homini liberum arbitrium esse relictum; Deum fingunt in caelis sedere otiosum.* Beza lib. aduersus Sycophant. calum. *Sicut in Deo tantum simplex peccatorum permisso, non est Deus Omnipotens; Sed Deus Epicuri, otiosus, ignarus, improvidus.*

A V T O R. AT in Deo est simplex permisso: Ergo. Prò!

VI. D E V S A N S I T L I B E R I A R
B I T R I I?

BEZA in Confess. Genevensi. cap. 3. art. 6. &c. 4. art. 20. *Deus non est liberi arbitrii in operibus, qua ad res creatas pertinent: Nec liberum: sed illi semel nobis datam fidem & gratiam tollere: Nec inferni cruciatibus addictum: liberare: Neque beatum aeternis suppliciis distorquere.*

A V T O R. Verè Heshusius; teste Beza lib. contra Sycoph. calum. *Calvinisti a nunquam magis extollunt Dei potentiam, quam cum eam volunt euertere.* Sed acclamat eis natura in ethnicis: *Nā Platō ait, dialogo secundo de repub. seu Iusto: Omnis modis pugnandum est, ne Deus dicatur esse malorum causa.* Nec, qui iustis legibus victurus est, verba hec dicat in suauitate; *Nec alium loquentem audias.* Est enim probitatis & vite communis.

& legum, & ciuitatum extrema corruptio. Plutarchus similia aduersus Stoicos: *Infinitus, ait, partibus tolerabilius est, imbecillitatem Deo tribuere;* (quod facit Epicurus) *quam nullam esse libidinem, nullum scelus, quod non ei Autori imputandum sit.* Ut imputat Calvinius, t. iusque Syri ac Davi Beza, VVittakerus. &c.

Sed vide age, quanto Calvinista sint Barbaris ethnicis infeliores. Calechutani victimas diabolo faciunt: Sed tamen vt debitam cuique pro benè, malefici gestis mercedem remetiatur. At Calvinistæ ne hoc quidem Deo suo permittunt; vt quem Innocentes punient asserant. Immame! Tartari, ait, Ottolius in Theatro, stellas colunt; Ægyptii coluere feles, ibides. &c. Milleum prægrandem Lithuani, teste Guagino de Lithuania: Americani sanguine temperatam, teste Corisco in arbo nono, na rat. 2. Stultissime: quis negat? Ad ideo ramen omnes, quibus quid Boni abiis, ob cultum, pollicabantur. Soli Calvinistæ colunt Deum tam, qui solus immeritos ad tartaram mandat: meritos orcum maestat beatitate. Haec tenus deuinitate Dei: Portio de Personarum Distinctione disceperimus. Sed prius de vocibus.

Q V A E S T I O X I X.

An de Diuinis sint tolerabiles vacuum termini?

VT diuinum, ita celeberrimum est Opus S. Dionysij de Diuinis Nomina: Sunt & Ecclesiæ visitata de Diuinis Vocabula quædam seu termini, quos distinctè definiteque nouisse interest. Et vero sunt ista: *Essentia, Homousia, Hypostasis,*

Hæsi, Substantia, Persona, Proprietas, Relatio, Notio, Circumcessio, Trinitas, De his quid Sectarij?

LUTHERANI iuxta & CALVINISTÆ quam f. studiosè voces Trinitas, Persona, &c. alpernentur, quamque ferant ægræ; docuimus suprà q. 6. & 7. Res vero ipsas Diuinæ, vocibus designatas, quam infandè blasphemant vtrique, quam profanè doceant, facileq; tractent; quæstiones 7. 9. 10. 11. 12. 13. &c. aperuerunt.

1. Fateor, & laudo; Lutherani æquè ac Calviniani illarum sunt patientiores vocum in suo sensu, in vsu frequentiores, temperanteres in vellicacione insectatoria, in earum aspersione religiosiores: quicquid de rei significatae veritate senserint, sentiantue.

2. Transylvanian autem, Hungaricique Ministri, noui Samosateni ac Ariani dictos vocabulorum terminos acris insectantur, manifesteq; proscribunt: Rem ipsa blasphemat.

3. Luthero-calvinista quid? Cum Romanodoxis Catholicis Nominū seruant Vsū communem quidem; at sensum de Rebus Diuinis ipsis diuersum, planèque auersum à nobis multi: sibi autem vel proprium, vel, vt platinum, communem cum Transylvanianis, id est, Ariani Samosateni, Nestoriani, &c.

SVADENT. istis. 1. Ex 1. Tim. 5. Vocum Nouitates denita. Ed, quod hicce minus conuincantur hæretici, qui vix vel Scripturis sat constringuntur. 2. Exemplum Patrum in nouatione vocum est perspicere. Ergo amplectendum? 3. Stultum est loqui voce noua, ut nildicas, ait Aug. 4. Nomina illa de diuinis sunt peregrina & obscura. 5. Nec vel Synonyma ipsarum vocum reperiuntur in S. Scriptura. Sunt igitur deuictandæ.

AVTOR. I. RESPON. AD. I. Cogitur Ecclesia ob hæreses nouas noua nomina adiuuenire, quibus & illæ dammentur, & Orthodoxy ab heterodoxis discernantur. Aug. autem Tract. 97. in

Ioh, ostendit vocum nouitates vitandas esse; sed profanas: & nō ipsa nomina noua, quæ nouas contra hæreses sunt inuenta?

AD. II. Errant aliqui in aliquibus; at omnes simul in vlo nunquam errarunt. Cum igitur vocum harum usus sit communis; sequendi sunt potiores.

AD. III. Cùm ait S. Aug. l. 4. Trin. c. 9. dici tres Personas in Deo, non ut dicatur; sed ut non taceatur; indicabat, nullum nomen humanæ linguae sat explicare, quid tria illa sint in Diuinis; tamen dici Personas, ne muti simus.

AD. IV. Per totam recepta Ecclesiam tot retrò sculpis, exoticadici, nefas.

AD. V. At inueniri, testimonii doctendum est, simul hæreses detegendæ. Atque istud nunc agamus.

AVT. II. Consueta jam diuide Diuinis vocabula sunt perutilia. 1. Ad Oppugnationem hæreticorum, exemplo & autoritate S. Patrum: Ne scil. nihil dicamus. 2. Ad explicationem Mysteriorum Scripturæ, vt in quibus eæ voces sunt Reipsa, et si minus de vocabulo. Liquet id eundo per singulas. Nam

ESSENTIA DEI & COESSENTIA, seu σοια, & ομοσοια.

LUTHERVS, suprà quæst. II. ANIMA MEA EDIT HOMOVSION.

Atqui & Ariani oderant; amabant δομοσοιον, aut συνεστον.

Similiter & Luthero-calviniani. Tum quia non est in Scripturis: Tum quia nouum. Sic aperte, Transylvani.

AVTOR. I. Epiphan. hæresi 73. Esentia nomen nudo modo in Veteri & Novo Test. non habetur; sensus autem & significatio ubique habetur. Vt Rom. I. Sempiterna quoque Virtus eius & Diuinitas. Phil. 2. Forma Dei 2. Pet. I. Diuinae consortes Na-

E 2 tura,

ture, id est, essentiæ. S. Cyrillus l. 1. de Trin. deriuat vere & sicut ex c. 3. Exo. Ego sum & quis sum: ab ideo autem & tria est. Aug. tract. 97. in Ioan. 10. Ego & Pater Vnum sumus: hic sensum vocis Essentiæ & & quod ait contineri. Ambr. l. 3. de fide c. 7. ait similibus uti vocibus Scripturam: ut Lyc. 6. τὸν ἄρτον ήμερούς σπέσαν. Deut. 16. λαὸν περιέστοι.

2. DE NOVITATE & Ariani querebantu olim: sed iniuriâ. Nam & iam tum vox antiqua fuit S. Dionysio visita, Origeni, Synodis Arimini & Seluciae. Quò mendaciores sunt Transylvani, id in Nicæno natum ac nouatum cœpisse afferentes, lib. 1. cap. 3.

NOTA. Vox vna & tria significat tres iugulavit hæresiarchas 1. Sabellium, dicentem: Pater & Filius candem habent essentiam; sed unus non est ab alio. 2. Arium dicentem: Filius est à Patre; sed non habet candem essentiam. 3. Samosatum eam corporaliter intelligentem: quò significet duas substantias; sed eiusdem speciei: velut Petrus & Paulus sunt eiusdem speciei homines. Itaque & tria. denotat tria: Unitatem essentiæ, contra Arium; & Distinctionem personarum, contra Sabellium: & differentiam numericam, non specificam, contra Samosatum.

II. HYPOSTASIS est essentiæ existentia in se, non in alio. Vnde Essentia est communicabilis; hypostasis non. Nam quod est in se, non est in alio: Additque essentiæ modum & proprietatem. Vnde uno in Deo tres sunt hypostases, seu existendi proprietates. Hebr. 1. Qui cum sit splendor gloria & figura & noscitur. Etsi hypostasis significet variè in

scriptura; nunc substantiam, nunc essentiam. Transylvani pertendunt locam significare essentiam. Malè.

III. PERSONA theologicè significat substantiam intelligentis naturæ grammaticis etiam denotat qualitatem personæ.

IV. PROPRIETATES sunt Paternitas, Filatio. PROCESSIO. Hæc, quatenus distinguunt personas, dicuntur NOTIONES.

V. CIRCUMMISSIONE est intima vni personæ in alia inhabitatio mutui.

VI. TRINITAS solum personas significat; non enim est Trium unitas.

QVAESTIO XX.

Qualem in Diuinis Distinctionem agnoscunt Lutherico-calvinistæ?

Lectorem hic monco, recolat Luthiana & Caluiniana pronunciata; quæ superius quest. 7. 9. 11. 12. in medium attulimus: conferatque cum Transylvanis, quest. 8. Intelliget manifestè, à plenique solum Patrem appellari Deum versus. At Filium, Virtutem, Energiam; Tres quæ distingui: His tres esse Deos subordinatores. Unum, sed tres Proprietates alij aliud videtur: Adeo, ut negent trium in Essentia Unitatem, & Equalitatem, Consubstantiatem. &c. Vtq; Distinctionem inferant alij realem in Essentia & aequalem; graduelam alij; alij in hypostasiis distinctionem fingant rationis solius: Quartitatem alij inducere videantur; fingere alij Christum Deum temporalem: Coniunctionem alij accidentalem in Christo: Bipersonalem alij: Alij Humanitatis deificatae Ubiquitatem: ab alijs alia monstris monstrâ parvuntur; vt Satan nulla in re mage varius ludat, quæ in

